


$\pi$  κ  
1594





QK. 535, p. 126

B. m.

# IOANN.

ATROCIANI, NEMO EVANGELICUS, Reuerendiss. in Christo P. & Illustri principi Philippo Episcopo Basiliensi dicatus. Audi lector, Nemo ille factus est Euangelicus.

II C  
1594

Item, Eiusdem motwia, hoc est superbia.

Adiectus quoq; propter nominis uicinitatem, Nemo Hutteni.



REVERENDISS. IN  
CRISTO P. A. T. ET ILLVSTRI  
Principi Philippo Ep̄o Basiliensi, Ioan-  
nes Atrocianus, Salutem.



V M fere omnis ubiq; charitatis fratre  
ternæ scintilla sit hodie in cordibus  
hominum extincta, Princeps Illustris  
soleo frequentius cum Paulo Apo-  
stolo electionis uase clamare: Cupio dissolui & esse  
cum Christo, cupio liberari molestissima huius cor-  
poris mole, cupio ærumnosæ ex hac patria in patri-  
am, ubi dominus noster Iesus Christus cum electis  
suis regnat, traiici. Nec credo quenquam ex corda-  
tioribus facile reperiri, qui hoc non præcipue sem-  
per in uotis habeat, quem non in immensum huius  
uitæ plus omni momento aloes quam mellis habetis  
pigeat, quem non quotidianæ calamitates, qbus hic  
sine intermissione discruciamur, compellant exem-  
pto Promethei in Caucasore ligati alta uoce clama-  
re. Λυσόπ με τῷ ζεῦ, δίκαια γάρ οὐδὲ πέπονθε.  
Nunquam me hercle, hoc uerbum perpetua memoria  
dignissimum, Vita supplicium est, quod Seneca Cor-  
dubensis omnium optimus uitæ magister scriptum  
reliquit, magis uerum fuit, quam hac deploratissi-  
ma tempestate. Quamuis sint quibus nihil tam arri-

## EPISTOLA

deat, quam huius nostri turbulenti temporis facies.  
Qui ut diuinarum literarum monumentis depinguntur, inquiunt: Exiguum & cum tædio est tempus uitæ nostræ, & non est qui agnitus sit reuersus ab inferis. Quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquam non fuerimus, quoniam sumus afflatus est in naribus nostris, & sermo scintillæ ad commouendum cor nostrum. Quia extinctus cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur tanquam mollis aer. Et transibit uita nostra tanquam uestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est à radijs solis, & à calore illius agrauata. Et nomen nostrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum. Umbra enim transitus est tempus nostrum, & non est reuersio finis nostri, quoniam consignata est, & nemo reuertitur. Venite ergo & fruamur bonis quæ sunt, & ut amur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vino pretioso & unguentis nos impleamus & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis antequam marcescant. Nullum pratrum sit quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo uestrum exorsit luxuriæ nostræ. Vbiq; relinquamus signa lætitiae, quoniam hec est pars nostra, et hec est sors nrā. Et paulopost: Hæc cogitauerūt & errauerunt. Excedavit enim illos malicia eorum. Et nescierunt sacramenta D E I, neque mercede-

A 2 dens

## EPISTOLA

dem sperauerunt iustitiae, nec iudicauerunt honore  
animatorum sanctorum. Quoniam deus creauit ho=  
minem inextinguibilē, & ad imaginem similitudi  
nis suae fecit illum. Inuidia autem diaboli, mors in=  
troiuit in orbem terrarum. Imitantur autem illum  
qui sunt ex parte illius. Nec reperio legens ueterū  
historias magis peruersum fuisse seculum quam no= strum. Quod admodū clare depinximus in elegia  
de bello rustico hisce carminibus:

Tempora sunt, magni quæ prædixere Prophetæ,

Et quæ non uani concinuere uiri.

Discessit uirgo, defunt Saturniaregna,

Venerunt duro ferrea secla pede.

Actate hac prorsum cecidit sanctissima uirtus,

Regnat ubiq; malum, regnat ubiq; scelus.

Et iterum.

Quando adeo morum probitas iacuit, pietasq;?

Quando adeo fidei, iustitiaeq; decus?

Quando adeo infelix regina pecunia mundus

Sic tibi seruiuit? sic quoq; te coluit.

Quando adeo neglecta fuit dilectio fratribus?

Quam toties Christus præcipit omnipotens.

Quando adeo placuit curare cutem interituram?

Viuimus o uitam Sardanapale tuam.

Quando adeo illicito stimulatus adulter amore

Neglexit leges o bone Christet tuas?

Quando adeo interij rerum pulcherrimus ordo?

## DEDICATORIA.

Quando adeo passim uita pudica ruit?  
Nunquam stelligero delecta superbia cœlo  
Aspernata magis numina magna fuit.  
Cum autem res sic se habeat, et nemo contrarium  
temere affirmare audeat, nihil morte optabilius in  
uenire queo, quam ideo Seneca tradit optimum na-  
turæ inuëtum. Ad quam in rebus deploratis decur  
ritur tanquam ad ancoram, non tamen more uirgi-  
num illarum, quas ad laqueum mortis encomio He-  
gesias Cyrenaicus philosophus coegit, sed continua-  
is ad Deum Opt. Max. clamoribus. Et si uitæ morta-  
lium penitus nil amaritudinis inesse, maxime huic  
quam hodie uiuum, posset tamen nos cogere ut so-  
lutionem peteremus, quod omnia mundana oblecta-  
menta in totum nihil aliud sunt quam Empusa: Cu-  
ius ingenium sequens declarat historia admiratio-  
ne digna. Fuit Menippus Lycius, annos natus quin-  
q; et uiginti ingenio haud inscito, corpore itē mul-  
ta exercitatione ualido, ita, ut formosi athletæ, li-  
beralisq; speciem præse ferret. Hūc peregrinæ mu-  
lierculæ amore pleriq; irretitum putabant. Ea uero,  
ut tum uidebatur, speciosa quidem erat, et per-  
mollicula, necnon diuinitijs ubertim fulta. Cæterū ea  
omnia ostentatiōem modo exhibebant, ueri suberat  
nihil. In eius uero se familiaritatem ad hunc modū  
insinuasse ferebatur. Pergebat quandoq; Menippus  
Corintho Cenchræas solus. Ecce phantasma quoddā

A 3 illi

## EPISTOLA

illi occurrit, quod se in mulieris speciem conformas-  
uerat. Atque ex manu apprehendens Menippum,  
iampridem, inquit, se illius amore teneri implicitā.  
Eſe uero ſe genere Phœnissam, & i suburbano quo-  
dam iuxta Corinthum habitare: idque etiam digito  
monſtrans illuc ueniret, hortari coepit. Quod ſi, in  
quit, feceris, intentam musicis inuenies me, & uinū  
bipes, quale non ſæpe alias, nec te riualis ulla uelli-  
cabit ſuſpicio. Pulchra ſiquidem pulchro contenta  
uiuam, et moriar. His blanditijs delinitus adoleſcēs,  
etiamſi philosophiæ mysteriorum haud expers, amo-  
ribus tamen obniti, obluctariq; non ualens, uefferi  
ad mulierem pergit, ac frequenter deinceps, perin-  
de ac ad ſuas delicias: necdum enim cuiusmodi phan-  
taſma eſſet, callebat. Id cum eſſet intuitus uir quidā  
magus aut philofophus, ut tum creditū eſt, & ſum-  
mæ grauitatis ac prudentiæ, primo ſtatuarij instar  
Menippum inſpectans, hominem expendebat, con-  
templabaturq;. Vbi uero rimatus abunde eſt uifus,  
oformose inquit, & à formosis expertite mulieri-  
bus, οφιπ θάπτες, ησε ὅς ἐστ, ſerpente con-  
ſoues & iſte. Cum in ijs mirabundum animadver-  
teret Menippum, hoc proinde, inquit dixi, quoniā  
mulier eſt tibi, quæ uxor non eſt. Sed rogo te, ec-  
quid ab illa amari putas? Per Iouem, inquit Menip-  
pus, & quidem eximie. An igitur, inquit is, eam tie-  
bi in matrimonium aſcifces? Evidem respon-  
dit.

## DEDICATORIA.

dit. Quid enim iucundius, quam amantem ducere? Quando, inquit ille, futuras opinaris nuptias? Cito ait, uel fortasse cras. Id cum uir ille inaudisset, obseruans conuiuij tempus, cum iam uocati presto forent, ubi illuc et ipse perrexit: Vbinam inquit, Mulier est, cuius causa conuiuum celebraturi conuenistis? tunc Menippus prope adest, inquit. Tunc is, argentum hoc, et aurum, ceteraque domus huius ornamenta, tua ne, an mulieris sunt? Mulieris, inquit, ac semilaceram, et pilarem omnino uestem ostendens, tales mei inquit, cultus sunt. At ille ad eos, quod aderant conuersus. Tantali inquit, hortos uidetis, qui sicuti ab Homero prod: tum est, speciem qdem praefeferunt aliquam, cum tamen sint nihil. Eiusmodi uero ornatum hunc omnem concipiatis licet. Neque enim quae uidetur, materia ulla est, sed simulachrum modo est, ac imago. Quod ut uerū sciatis, bella haec sponsa una est ex Empusis, quas Lamias, et Mormolycias plerique putant. Sunt autem in amorem et uenerem procliues, et humanas carnes uchementer expetunt, uenereorumque cupidine alliciunt multos, quos deglutiant mox. Haec uero diuidens illa, age, inquit, meliora loquere. Atque inde offensior ac perturbatior, Philosophos paulo procacius proscidit, eos omnes delyrare inquiens. Vbi uero aurca supellex et imaginarium argentum, uelut fumus, effluxere, administrisque

Aeneas

## EPISTOLA

Et coqui, ac reliqua familiā increpita euauuit, Lademia lachrymanti iam similis rogabat, ne se torquearet, ne ue quid eſſet, fateri cogeret. Illo autem acriter instante, nec se dimiſſurum aſſerente, tandem ſe ſe Lamiam, confessa eſt. Et uoluſſe menippum uoluptatibus delinitum obuoluere, ut eius poſte a corpore de glutiret. Eſſe nanq; ſibi per familiare formoforum uesci corporibus, ubi ad ſummatim ſanguinis abundantiam perueniſſent. Quid unquam manifeſtiuſ rerum caducarum eleuauit oblectamenta? qui bus hodie maxima pars hominum ueluti animantia rationis expertia ducuntur in animarum ſuarū perniciem: Quæ tu præſul ſapientiſſime ſic ſe habere non ignoras. Et quæ non uulgariter in corde tuo deploras. Quàm ſis anxius pro ouium tuarum ſalute omnibus compertifſimum eſt. Te talem fore pastorem plæriq; uaticinabantur, qui audierant, quam inuitus pedum in manus accepiffes, et quam diu(qd) inter orbis miracula connumerari debet) reluctaſtus eſſes ijs, qui te in episcopum Basilienſem ſelegiſſent. Quæres mihi et omnibus magno debet eſſe argumento, te non ab hominibus, ſed potius ab ipſo deo uocatum ad episcopalij culminis dignitatem. Quam ob causam cui in posterum non eris charior? quis ideo non magis ſuſpiciet, obſeruabit, reuerebitur tuam celsitudinem? qui ſtatim præſul et princeps eras, quando Episcopatum et principatum to

tice

## DEDICATORIA

ties oblatum recusabas. Duobus modis princeps es:  
Primo, quod principale fastigium descendere, ni=  
si infinitis modis coactus, noluisti. Secundo, quod cō  
muni cōsensu ordinariorum electorum, hoc est, or=  
dinatione diuina compulsus, amplius resistere citra  
inobedientiae, omnibus uitandae, notam minime uale  
bas. Propterea gratulor tuæ celsitudini: Et ut me  
hoc uere et ex animo facere uideas, offero et dedi  
co tibi libellum sequentem, licet exiguum, indicem  
tamen animi mei erga tuam celsitudinem. Atq; etiā  
ob eam causam maxime, quod libellus noster titulo  
Neminis Euangelici et honestius, et tutius per or  
bem terrarū uolitare queat, necnon studiosius, præ  
cipue à bonarum literarum candidatis, in honorē  
nominis tui uersari. Quod tu præsul et princeps  
optime boni consulere digneris. Vale

Basileæ. Anno. M. D.

XXVIII. Cal. Maij.

# IOANNIS

ATROCIANI, NEMO EVANGELICUS, REUERENDISS. IN CHRISTO P. & II  
IUSTI PRINCIPI PHILIPPO EPISCOPO BASILIENSIS DICATUS.



Cce iterum ignotis ueniēs è scđibus ad  
Ignota Nemo sed e reuer (sum,  
sus ego.)  
Non talis certe, qualem audiuere pri  
res.

Nemo Euangelicus nanq; reuersus ego.  
Nemo Euangelicus loquitur quod, ne tibi mirum,  
Nec sit terrori nostra loqua latibi.  
Ante etiam humano tecum de more loquebar,  
Exuperet nemo numina multa licet.  
Me minor est Protheus, minor est reparabilis Echo,  
Me minor est Triton, Cymodoce q; simul.  
Inferior Condus, multo inferior quoq; Promus,  
Inferior nostro nomine flaua Ceres.  
Sum quoq; Vertumno maior, maiorq; Diana,  
Exupero Faunos numine quippe meo,  
Me longe sequitur Bacchus, Dryadesq; sequuntur,  
Post tergum longe Pana relinquimus meum.  
Et mihi Portunus cedit, materq; Cybelle,  
Nec non Latonam numina nostra premunt.

IM 2

NEMO EVAN-

Mercurius nostrum reuerenter numē adorat,  
Vincitur à nostro numine Mercurius.  
Assurgit nobis nudato uertice Somnus,  
Atq; etiam assurgit Pamphagus ipse mihi.  
Quid tibi Silenus memorem, Satyrosq; petulcosē  
Quid memorē Cypriam, Morphēaq; artificē?  
Namque ego Silenus excello, & Satyros, Cypriāq;  
Vincimus & Somno Morphēa progenitum.  
Meminor est Mauors, minor est Bellona cruenta,  
Exupero numen casta Minerua tuum.  
Nostī Saturnum? Saturnus me minor ille.  
Cedit Saturnus tempus in omne mihi.  
Pluto genuflectit quantumuis magnus, & uxor  
Magna genuflectit, Tartareusq; canis.  
Hoc quoq; sum maior, maior quoq; nostra potestas  
Nemo Euangelicus quod tibi factus ego.  
Cum sim tantus ego, cum sit mea tanta potestas,  
Cum solus præstem numina multa deum.  
Lure ergo irascor scriptoribus atq; Poetis,  
Et merito irascor uatibus ingenuis,  
Neglexere simul nostras quod scribere laudes,  
Quod numen cecinit nemo Poeta meum.  
Audit dulcisonos p̄assimmodo Delius hymnos,  
Audit cantores magnus Apollo suos.  
Nonne canit lātum doctus Pæana Marullus?  
Et Pæana tuo carmine Flacce canis  
Tollitur in coelum Mauors, licet incolat illuc,

Egro

NEMO EVAN-

Egregijs Maiors tollitur ingenij.  
Rura suum quoq; Panacanunt, & Panabeatum  
Conclamant uates carmine quisq; suo.  
**Quid non laudis habet,, quæ nō præconia Bacchus?**  
Conticuit laudes nemo Lyæe tuas.  
Sunt qui Syluanum celebrent, turpemq; Priapum,  
Sunt quoq; qui cantēt turpia furta Iouis:  
**At nos nemo uehit sacrorum carmine uitum,**  
Prosequitur laudes nemo poetameas.  
**Quod quia fit , me ipsum uerbis extollere cogor:**  
Nec quod laus curo sordet in ore suo.  
**Ista homines tangunt, non tangunt numina leges.**  
Subiectus nullis legibus eſſe uolo.  
**Vnde ego sim quæris? qui me genuere parentes**  
Scire cupis lector? numina scire negant .  
Nec quisquam ostendet, quantumuis doctus, & acri  
Ingenio clarus, quæ didicisse cupis.  
**Ista latent secreta Iouem, semperq; latebunt,**  
Propterea insipiens lector amice rogas .  
**Tu potius dilecte roga farcimina quanti**  
Vendantur, quanti poma uolemaroga.  
**Et te uinosæ uetulæ ista rogata docebunt,**  
Dentibus atque carens ista docebit anus.  
**Tales sunt hominū ærumnoso hoc tempore mores,**  
Huic uitio huminum subiacet omne genus,  
**Quilibet ut studeat secreta inquirere diuum,**  
Quilibet ut cupiat scire negatasibi.

## GELICVS.

Frustra homines, tu crede mihi, inquirendo laborat,  
Frustra homines cupiunt cuncta patere sibi.  
Inquirunt homines etiam insanire uolentes,  
Qui Christus multis possit inesse locis.  
O stultos homines, o quam cœlestium inanes:  
Mortalis quis non friget amore dei?  
Et quia sum numen non hæc dixisse uerebor.  
Quem posset tantus Nemo timere deus?  
Si uacat, et referam quæ de me fama per orbem,  
Et uerum referam lector amice tibi.  
Nemo Euangelicus factus doctore Luthero,  
Nemo Euangelicus sic tibi factus agit.  
Nemo Euangelicus negat esse deum omnipotens,  
Nemo Euangelicus religione caret.  
Nemo Euangelicus uerbis diffidit Iesu.  
Nemo Euangelicus credulitate uacat.  
Nemo Euangelicus terrestria commoda querit.  
Nemo Euangelicus terrea magnificat.  
Nemo Euangelicus præfert euanida cœlo,  
Et ruitura simul gaudia perpetuis.  
Nemo Euangelicus simulat uirtutis amorem.  
Nemo Euangelicus uult simulare fidem.  
Nemo Euangelicus cum Christo non cupit esse,  
Nemo Euangelicus pertinet usq; necem.  
Nemo Euangelicus superas non clamat in oras,  
Et ciuis rutili percipit esse poli.  
Nemo Euangelicus doctor defendier armis

Opta

Optat, nam tutus permanet ille deo.  
Nemo Euangelicus Christum collaudat eadem  
Lingua, qua fratrem uerberat immeritum,  
Nemo Euangelicus linguam nō frenat habens,  
Nemo Euangelicus non domat ora sua.  
Nemo Euangelicus loquitur non paucula uerba  
Nemo Euangelicus plurima uerba facit.  
Nemo Euangelicus uerbis contendit amaris,  
Et gaudet fratrem commaculasse suum.  
Nemo Euangelicus famosos scribere libros  
Carmine uel prosa dilacerante solet.  
Nemo Euangelicus sermones fundit inanes,  
Nemo Euangelicus spurca referre solet.  
Nemo Euangelicus disrumpit iuincula pacis,  
Nemo Euangelicus non bona pacis amat.  
Nemo Euā gelicus uentris bona nuntiat ergo,  
Nemo Euangelicus dogmata falsa docet.  
Nemo Euangelicus sanctam diuendere missam  
Audet, sacram quicquid eō orbis habet.  
Nemo Euangelicus solum se diligit ipsum,  
Nemo Euangelicus fratriis amore uacat.  
Nemo Euangelicus fratres committit amandos,  
Nemo Euangelicus seditionis amans.  
Nemo Euangelicus Mauortia suscitat arma,  
Nemo Euangelicus tristia bella parat.  
Nemo Euā gelicus non uult cognoscere seſe  
Nemo Euā gelicus se putat eſſe bonum.  
Nemo Euangelicus subsannat prætereuntē.

Et dicit mordax, impius ille fugit.  
Nemo Euangelicus sacrum baptismare receptat,  
    Nemo euangelicus sancta fluenta iterat.  
Nemo euangelicus per numen urat inique,  
    Nemo euangelicus iurat iniquatibi.  
Nemo euangelicus fratrem circumuenit ipsum,  
    Et fallit facto, fallit et ore suum.  
Nemo euangelicus iurat se uendere uina, circa nürnberg  
    Cum uendat puras perfidiosus aquas.  
Nemo euangelicus qui usuram exercet auaram.  
    Nemo euangelicus sordida lucra petit.  
Nemo euangelicus thesauros congerit auri,  
    Nemo euangelicus seruit auaricie.  
Nemo euangelicus seruat quæ sunt male parta,  
    Et retinet partas fœnore diuitias.  
Nemo euangelicus terrenis fidere rebus  
    Audet, quæ prorsus nil solidare queunt.  
Nemo euangelicus ruiturum diligit aurum,  
    Atq; pecuniolas, quicquid et orbis habet.  
Nemo euangelicus fraternum gliscit habere,  
    Et fratribus fundos, fratribus et arua sui.  
Nemo euangelicus coram quoq; iudice certat,  
    Nemo euangelicus litis amator erit.  
Nemo euangelicus uane mentirier audet.  
    Nemo euangelicus simplicitate caret:  
Nemo euangelicus certe inuidus atq; rebellis.  
    Nemo euangelicus pernicioſa docet.  
Nemo Euangelicus tibi pulchras extruit ædes,

*Exclusus est* *Euangelicus*

**NEMO EVAN-**

*Nemo Euangelicus construit alta sibi.*

*Nemo Euangelicus multos uenatur amictus,  
Vestibus et pondus credit inesse suis.*

*Nemo Euangelicus stulte sibi complacet ipse,  
Atq; etiam pulchrum se putat esse virum.*

*Nemo Euangelicus ludit noctesque diesq;  
Nemo Euangelicus nocte dieq; bibit.*

*Nemo Euangelicus fratrem dijudicat ipsum,  
Atque dei sumit iudicis officium.*

*Nemo Euangelicus fratrem diffamat amandum,  
Et fur proclamat sustulit iste crucem.*

*Nemo Euangelicus clamat se spiritum habere,  
Atq; in me uiuit spiritus ille dei.*

*Nemo Euangelicus peccat quod fœdus adulter,  
Nemo Euangelicus turpia furtæ facit.*

*Nemo Euangelicus Veneris cupit esse minister,  
Nemo Euangelicus fœtida scortacolit.*

*Nemo Euangelicus carni quo grata ministret  
Uxorem dicens libera colla iugat.*

*Nemo Euangelicus gentili ex more superbit,  
Nemo Euangelicus turpiter ingreditur.*

*Nemo Euangelicus contemnit Biblia sacra,  
Atq; etiam sancti uerba tremenda dei.*

*Nemo Euangelicus non deflet tempora nostra,  
Quis Germanorum corda grauata iacent.*

*Nemo Euangelicus solis conuiua adornat  
Crœsis, atque negat munera pauperibus.*

**Nec**

NEMO EVAN.

Nemo Euangelicus uulgi uenatur amorem,  
Nec non os populi commeruisse studet.

Nemo Euangelicus mundanos querit honores,  
Et querit fasces, querit et imperium.

Nemo Euangelicus doctoris nomine gaudet,  
Et gaudet uerbo, docte magister aue.

Nemo Euangelicus non donat dona petenti,  
Nemo Euangelicus iam dare tardus erit.

Nemo Euangelicus non subuenit esurienti,  
Atq; etiam cruciat quem rabiosafames.

Nemo Euangelicus sitienti subtrahit undæ  
Siccantem neruos comprimat ipse sitim.

Nemo Euangelicus non hospes largus ad omnes,  
Quorum fraterna fors eget arcta manu.

Nemo Euangelicus non uectit corpore nudos,  
Nemo Euangelicus non te git horridulos.

Nemo Euangelicus non certe uisitat omnem  
Infirmum, et carcer quos tenet horrificus.

Sum tibi fortassis longo hoc sermone molestus,  
Sum forsan moles auribus ipse tuis.

Crede mihi nunquam te ista hæc audiisse pigebit,  
Nunquam si lector uera pigebit amas.

Te pigeat potius narrantem audire prophana,  
Audisse et pigeat qui nocitura docent.

Turpia narrantes, et uerba immunda loquentes  
Audisse hos omni tempore te pigeat.

Plura tibi lector prorsus non ficta loquemur,

B Si Ha

NEMO EVAN<sup>E</sup>  
Si uacat, & referam somnia nulla tibi.  
Nescis quod quidam crudi mendacia fingunt?  
Nescis quod fratri sic nocuisse uolunt?  
Lapsi non multi menses, non tempora multa,  
Imo non multi præteriere dies,  
Quod quidam immerito fratrem traduxit amandis  
Confinxitq; nephas fratri s ob inuidiam.  
Dixit enim, tu nonne uides iam prætereuntem?  
Nonne uides paruum præteriisse uirum?  
Ille Euangeliū certe manibus pedibusq;  
Oppugnat, similem non habet ille quidem.  
Affirmans etiam dicit quod nemo proborum  
In nostra(o mores)templa docendus cat.  
Hinc odium uulgi sequitur, sequiturq; minarum  
Immensum pelagus, sic perit ille bonus.  
Ille bonus tandem queritur de fratre maligno,  
Et queritur merito qui perit immerito.  
Necnon sollicitus quærit quis factor & author,  
Nemo Euangelicus factor & author adest.  
Accedit prægnans morbo correpta caduco  
Dona petens sancto nomine Christe tuo.  
Quid sit? barbatus quidam compellat egentem,  
Et duris uerbis alloquitur miseram.  
Est ubi dic mulier grauidam qui reddidit aluum?  
Est ubi te fecit dicit o? qui grauidam?  
Mendicas cur pigra? satis robusta uideris,  
Robur in hoc magnum corpore quippe uiget.  
Quæria

GELICVS.

Quærito qui te conducat, cui prauda labores,

Qui te conducat tu facile inuenies.

Respondet mulier morbo correpta caduco,

Respondet duro fœmina mœsta uiro.

Ignoras frater, nescis quid stulte loquaris.

Saluum ut te seruet stulte precare deum.

Hec tam pauca quidem respondit territa barba,

Discessitq; simul fœmina collachrymans.

Ecce rogan̄t homines mulierem collachrymantem,

Cur lachrymas rogitans fœmina fundat inops.

Vix tandem exponit pauper muliercula causas,

Vix tandem causas sollicitata refert.

Qui perturbarit mulierem quæritur author,

Nemo Euangelicus factor & author adest.

Incedit quisquam Tyrio uestitus amictu,

Porrectumq; latus longior ensis habet'.

Adde etiam fratrem quod toruo aspectat ocello,

Addc & quod frontem contrahit ille suam.

Et quo plus timeas barbam sic prætereuntem,

Nescio quid secum murmuraret ille ferus.

Syluarum credas strepitum per flamina motum,

Ventorum luctam dixeris horrificam.

Ex illo queras, cur toruo lumine fratrem

Aspiciat, secum & murmuraret ille nimis,

Respondebit inops mentis, res ardua certe

Me facere hoc cogit, sollicitatq; deus.

Enegosum Christi doctrinæ magnus amator,

B 2 Pro

NEMO EVAN=

Pro Christi placitis ipse uolens moriar.  
Qui mecum sentire negant, hos numina perdant,  
Illum etiam cui non factio nostra placet.  
A pueru nunquam ipse libens confessus, habere  
Quot possum testes, quod tibi uera loquar.  
Crux o quanta fuit commissa piacula fateri,  
Quā graue tormentū, quam graue suppliciū.  
Cumq; sacerdoti tempus peccata fatendi  
Instaret, quando uenerat illa dies,  
Hæc mecum tacitus, quod non confessio peste  
Disperijt, quod non ista sepulta iacet.  
Felices porci, felices atq; bidentes,  
Quis nō incumbit tam graue supplicium.  
Et quia nunc dicunt qui callent dogmata Christi,  
Et quibus est domini spiritus ille sacer.  
Quod soli summo narranda piacula tonanti,  
Quod pateant soli crimin a nostra deo.  
Quando igitur uideo mecum sentire negantem,  
Et cui non multum factio nostra placet,  
Irascor nimium, atq; hominem discerpere glisco,  
Dentibus atq; meis dilacerare aueo.  
Nec, si fecissim, me tunc peccasse putarem,  
Nec possem factio non coluisse deum.  
Scire cupis quis sit Christi tam fortis amator,  
Nemo Euangelicus talis amator adest  
Sunt qui concupiant dominis seruire duobus,  
Sunt dominos cupiant qui coluisse duos.

Tales

## GELICVS.

Tales semper habent diuinum nomen in ore,  
    Ilorum immensus semper in ore deus.  
Nunquam non optant priscorum seclare dire,  
    Et ueterum mores præterijße dolent.  
Attamen in uitijs se(res miseranda)uolutant,  
    Et uiuunt uitam Sardanapale tuam.  
Scire cupis qui sint quos tantus detinet error,  
    Nemo Euangelicus numen utrung; colit.  
Vergilius quid peccauit? quid doctus Homerus?  
    Romani atq; author maximus eloquij?  
Quid Plautus? quid qui ciuilia prælia scripsit?  
    Et doctum carmen docte Catulle tuum?  
Quid Flaccus noster? quo non est doct:or alter.  
    Quid Sulmonensis nobilis ingenio?  
Doctus Aristoteles cur subsannatur? & ille  
    Euasit sub quo doctus Aristoteles?  
Namq; hos reprendunt & damnant, qui sibi magna  
    Adscribunt, & se spiritum habere putant.  
Musicar idetur, ridetur tota Mathesis,  
    Quid non irridet spiritus ille sacer?  
Literulas ridet Græcas, ridetq; Latinas,  
    Quem nos miramur spiritus ille sacer.  
Et forsitan sacer est ualidus tam spiritus ille  
    Omnia subsannans, omnia despiciens.  
Hinc studia intereunt Germanum sancta per orbē,  
    Atq; iterum regnat barbara barbaries.  
Esse putas quid uenturum mortalibus ipsis?

B 3 Et ma

NEMO EVAN.

Et mala Germanis quanta futura putas:  
Tunc quæ non tenebræ, atq; etiam ignoratiacerū!  
Inscitiae quæ non damna futura quoq;  
Vt uos literulas iam ridetis uenerandas,  
Sic uos ridebunt Gallus & Italici.  
Hispani uos ridebunt, docti q; Britanni,  
Ridebit claris Græcia clara uiris.  
Et quis non tandem ridebit inertia corda?  
Cui non sordeget Teutona terra uiros?  
Est quo supplicio dignus Germania quite  
Sic totam uastat, funditus atque necat?  
Cœpisti miseranda mori Germania mater,  
Cœpisti horrenda morte perire parens.  
Vera tibi dicam, nec queunt si numina falli,  
Ipsa breui multa tecta iacebis humo.  
Rebus in humanis quanta inconstantia lector,  
Labili bus mundus uoluitur ipse rotis.  
Antea literulas aude pueri iuuenesq;  
Discebant, nemo desidiosus erat.  
Verum istas iam contemnunt pueri iuuenesq;  
Literulas pueri hoc tempore despiciunt.  
Asq; etiam annorum immensa qui mole grauatur  
Despiciunt simili grāmata cuncta modo.  
Quis pueris hunc contemptum instillauit, & ipsis  
Est quorum facies squallida canicie?  
Vera tibi referam, nec uerax fallere glisco,  
Mehstitur nullus lector amice deus.

Conuen

GELICVS

Conueniunt homines quo discant dogmata Christi,  
In templo domini plurima turba coit.

Tunc c<sup>e</sup>s<sup>t</sup> suggesto p<sup>r</sup>afatur concionator,

Atq; petit domini spiritum adesse sibi.

Inde Euangelium recitat, commentaq; iungit,

Hinc & digreditur scilicet altiloquus,

Obiurgatq; homies quod Christi dogmata spernat,

Quod nemo regnum querat habere dei.

Quantus adulterio cruciatus, quantus & illi

Qui fratrem occidit clamitat ore pius.

Damnatur fœnus, partum damnatur inique,

Damnatur luxus, dulcis & ebrietas.

Iam taxat reges, iam taxat Cæsar is aulam,

Et summos taxat concio pontifices.

Nil manet intactum, nil uult quoq; concionando

Tam docte doctor p<sup>r</sup>æterij<sup>s</sup>e bonus.

Et quo non possit quicquam nescire uideri,

Subnectit Morpheus quæ peperi<sup>s</sup>e solet.

Iam clamat pueris Cypriæ dictarier artes,

Et qua fœmineus fraude paretur amor.

Quid fit? tunc nemo auditor nō arrigit aures,

Omnis doctorem uera referre putat.

Fama etiam actutū per totam deuolat urbem,

Rumorem auditor seminat usq; pium.

Hinc studia intereunt pa<sup>s</sup>sim, uix unus & alter

Qui non concupiat p<sup>r</sup>æcipitare scholas.

Sed nemo attendit, quām falsum dixerit ille,

. B      4      A quo

A quo mentiri debuit esse procul.  
**Q**uis docuit pueros artem præceptor amandi.  
 Quis docuit pueros spurcitem Veneris?  
**E**t quia nemo unquam docuit tam foeda magister,  
 Hunc credas ueri tramite abisse uirum.  
**H**orum si tu scire cupis quis factor & author,  
 Nemo euangelicus factor & author adest.  
**E**t quia sum mitis, nec numen mitius extat,  
 Lædere non parcunt numina nostra mali.  
**Q**uicquid ubiq; facit rabioso insaniam uultu,  
 Quicquid & in toto Martius orbe furor,  
**I**stud me clamant homines fecisse maligni,  
 In me mentitur turpiter omnis homo.  
**N**on sum euangelicus cōficto nomine tantum,  
 Nec solo capior nomine magnifico.  
**N**omen inane quidem aspernor, longeque repello,  
 Dux primo nam uita nomine quod uocitor.  
**G**audeat hic tandem tam magno nomine, diuos  
 Qui sequitur uita, moribus atque probis.  
**Q**ui te Laurenti sequitur fortissime martyr,  
 Qui Paulum, atque fidem candide Petre tuam,  
**R**ecte euangelicus posset uocitarie ille,  
 Ille euangelico nomine dignus erat.  
**V**surpant sibi quot falso hoc tam nobile nomen?  
 Quot sanctū hoc Nattæ nomen habere uolūt?  
**Q**uid tandem fiat? sapientis nomen habebunt  
 Auritile pores, Archadicumque pecus.

Cally:

## EPISTOLA

Callyroe, atq; etiam præcastæ nomen habebit  
    Virginis, atq; etiam casta Minerua tuum  
Noctem appellabis lucem, mortem quoq; uitam,  
    Vestibulum inferni clarus olympus erit.  
Immundus totum perturbans spiritus orbem  
    Dicetur mundus spiritus eſe dei.  
Ille euangelicus merito appellatur ab omni?  
    Ille euangelico nomine dignus erit?  
Visus qui nunquam est humano uiuere more?  
    Et qui non differt moribus à canibus?  
Sed quia ſcīt ſanctam naſo ſuſpendere miſſam,  
    Ergo Euangelico nomine dignus erit.  
Vel quia pontifices taxare audet petulanter,  
    Atq; etiam absentes enſe ferire ſuo.  
Vel quia ſubſannat ueterum dictamina patrum,  
    Nec quæ ſcripſerunt ſecla uetus a placent.  
Ergo iſtud nomen diuino iure tenebit,  
    Et merito in ſanctis connumerandus adest.  
Nil non audebunt quos inflat nobile pneuma,  
    Et quos in præceps gloria uana trahit.  
Sed cupiunt Euangelici appellarier omnes,  
    Atq; Euangelicum nomen habere uolunt.  
O dignos homines qui tanto conuocitentur  
    Nomine, quos maius nomen habere decet.  
Nomine quo non ſunt digni quos ſpiritus ille  
    Edocuit criftam tollere mirificus?  
Quicquid homo ſtatuit, quicqd reuerentia patrū

B 5 Sanxit

NEMO EVAN-

Sanxit, contemnit spiritus ille sacer.  
Nemo unquam sapuit, diuina uolumina nullus  
    Vnquam intellexit tempore præterito.  
Hactenus in toto nemo est inuentus in orbe,  
    Inter doctores tot quoq; nemo fuit,  
    Qui domini legem recte tractasse feratur,  
    Cui uel sit legis cognita mica dei.  
Iam primum miseris lux est mortalibus orta,  
    In tenebris uixit gens ueneranda patrum  
Si lux orta micat, si lumen lucet in orbe,  
    Si primum cœpit clara micare dies  
Miror cur melius quondam uixisse ferantur,  
    Quis non tam rutilans uenerat illa dies.  
Ille satis reste diuina uolumina nouit,  
    Ille satis doctus lege putatur homo,  
    Qui fecisse studet domini super omnia uelle,  
    Et cuius pectus flagrat amore dei.  
Quid sequitur? diuina magis ueteres didicisse,  
    Quam qui Euangelium semper in ore tenet.  
Si quis uult Euangelicum sibi sumere nomine,  
    Illum Euangelico uiuere more decet.  
Nonne lupum si quis placidi agni uoce uocaret,  
    Illum rideret quilibet usque uirum?  
Sic qui carnalis cupid ista uoce uocari,  
    Illum ridebunt mundus & astra uirum.  
Nescio quid talis tumido sub corde uolutet?  
    Nescio quid secum murmurret ille pius?

Cogit

## GELICVS.

Cogitat ille quidem, & secum sic murmurat ille,  
Imo Euangelica uoce sonare solet.  
Nemo Euangelicus blanditur, uultq; placere,  
Quis prorsus nunquam pagina sacra placet.  
Fallitur attamen ille miser qui seminat istud,  
Et facit ut uulgas credere falsa uelit.  
Namq; ego non hominum cuiquam curabo placere,  
Cuitotidem cedunt numina magna deo.  
Quale meum numen, quam uilis nostra potestas,  
Si uellem cuiquam complacuisse hominum?  
Hec querunt homines, hæc sunt mortalia facta,  
Carnales mundo complacuisse uolunt.  
Nulla fames, non ulla sitis, mortalia nulla  
Me cogunt cuiquam complacuisse hominum.  
Quis manducantem uidit, uiditq; bibentem?  
Non bibo uina quidem, nec peredo cererem?  
Obfuit haud unquam Boreæ penetrabile frigus,  
Haud nocuit nobis feruida stella canis.  
Improbus æris amor procul est à numine nostro.  
Non tangit diuos improbus æris amor.  
Nolo magistratus, & nolo regia sceptræ,  
Nolo diuitias Crœse superbe tuas.  
Nolo uoluptates & mundi gaudia falsa,  
Nolo uoluptates Sardanapale tuas.  
Applausum uulgi nolo, noloq; fauorem,  
Nolo me plebes in scia suspiciat.  
Quicquid & in mundo magnū, præstansq; uidetur

Pro

NEMO EVAN-

Pro nihilo ducunt numina nostra quidem.  
Est igitur stultum, quenquam sentire, fauorem  
Quod quæram uulgi, quodq; caduca petam?  
Ante Euangelicus quam factus talia nunquam  
Fecisset lector, nunc facere ista uelim?  
Diceret hic lector, nescis quid nemo loquaris.  
Ignoras famam candide Nemo tuam.  
Huic paucis, de me totum qui sparsus in orbem  
Rumor, non certe nescius ipse fui.  
Nulla latere queunt diuos & numina magna,  
Istarum rerum conscius ipse fui.  
Nec discunt homines ætate hac parcere nobis,  
Tanto non parcunt impia turba deo.  
Quicquid peruersi faciunt, faciuntq; maligni,  
Nemo Euangelicus tam mala magna facit.  
Cur tibi non referam totum uulgata per orbem?  
Quis coget numen uera tacere meum?  
Est qui magnifico gaudebat nomine clerus,  
Atq; Euangelicum nomen habebat inops,  
Nil non ore ferox damnabat presbyter ille,  
Nemo sacerdoti religiosus erat.  
O deus omnipotens, quid non de corpore Christi  
Audebat rabidus presbyter ille loqui.  
Venerat in buccam quicquid proferre solebat,  
Nec poterat petulans lingua tenere modum.  
Nescio quo fortuna modo uexauerit illum.  
Nescio quæ mentem mouerit aura piam.

Nam

## GELICVS.

Nam reuocat quicqd temere affirmauerat ille,  
Et reuocat certo presbyter ille die.  
Scire cupis quis sit reuocans quæ dixerat ante,  
Nemo Euangelicus presbyter ille fuit.  
Quid non ipsi homines me peccauisse loquuntur?  
Quid non confingunt in mea dorsa mali?  
Mortalis mentem quiuis posuisse uidetur,  
Quilibet & frontem perfricuisse suam,  
Quod tam nil pudet in nostrum cōfingere numē,  
Et quod nō parcunt impiaturba mihi.  
Si mediocre malum nobis obtrudere uellent,  
Fortassis possem sustinuisse malum.  
Sed quia deuoluunt montes in nostra malorum  
Dorsa, nequit numen sustinuisse meum.  
Si uacat, & referam quæ sint hæc magna piacula,  
Et quæ sit moles grandior ista mali.  
Fama fuit Christum multos latuisse per annos.  
Et quæcunq; sacro protulit ore deus.  
Doctrinam Christi lōgum latuisse per æuum  
Teutonio magnus climate rumor erat.  
Sparserat hanc monachus sufflato pectore famam,  
Hic toto uolitat rumor in orbe nouus.  
Inde sacerdotes qbus est tam crassa Minerua,  
Quam crasso taurus nascitur ingenio,  
Omne recens auido ore legunt, releguntq; uolumē,  
Solius monachi dogmata sola placent.  
Quid tandem sequitur tot missis undiq; libris?

Quid

NEMO EVAN.

Quid totidem lectis simplicitate quoq;  
Nil tu crede mihi lector fructus melioris,  
Partus nec quicquam protulit iste boni.  
Exoritur magnum per Teutona compita murmur  
Grandior atq; urbes murmuris aura mouet  
Vicinum ille docet dederit quæ concionator,  
Hic narrat fratri dogmata lecta suo.  
Nunc Paulū adducunt, nūc Christi uerba recēsent,  
Nunc lex progreditur sic repetendo uetus.  
Deceptum se quisq; putat furiosus arator  
Incusans dominos, pontificesq; sacros.  
Multis ex uerbis nascuntur prælia multa.  
Hoc mundus tandem disputat ipse modo.  
Concurrunt passim armati tot millia, quorum  
Una salus mundi Christus in ore sonat.  
Huic grauis est dominus, grauis illi sancta potestas.  
Hunc multi census, hunc decimæq; grauant.  
Huic graue tormentum est auris confessio sacra,  
Ieiunare illi est sarcina quippe grauis.  
Omnes huic monachi sunt pondus inutile terræ,  
Excedit numerum presbyter ipse nimis.  
Inde duces legit agricolum conuentus, & arma  
Omnibus imperitat Martius Agricolis.  
Qui non arma capit, Christo non utilis ille,  
Ruricolas inter nec tenet ille locum.  
Iam furit omnis ager, nimium furit omnis arator,  
Martius exagitat rusticæ corda furor.

Picta

GELICVS.

Picta dei uerbo Mauortia signa geruntur,  
Et uexilla tenent uerba tremenda dei.  
Inuadunt Cerere & Baccho quæ clostra referta,  
Inuadunt muris oppida cincta rudes.  
Cœnobijs pellunt monachos, castasq; puellas,  
Non tutus monachus, uirgineusq; chorus.  
Templorum ornatus uesanis diripiuntur,  
Sacrilegæ spoliant templas sacrata manus.  
Reliquiæ quoq; diuorum pedibus miserorum  
Calcantur, calcant reliquias miseri.  
Historias magna referentes arte fenestræ  
Franguntur, bello quæq; fenestra cadit.  
Corruit & Christi, & sanctæ genitricis imago,  
Fœdant picturas stercora multa sacras.  
Vastatur seruandæ extructa domuncula mannae,  
Diripitur miris arcula sculpta modis.  
Et quæ diuinis sunt condita uascula rebus  
Diripiunt sœuirusticaturba uiri.  
Et piscina ruit natis constructa lauandis,  
Tingendis pueris uasa parata ruunt.  
In cinerem miseri diuina uolumina soluunt,  
Exurunt sacros impiaturba libros.  
In quos iuris habent nihil obstringunt sibi ciues,  
Obstringunt duris oppida capta modis.  
In dominos etiam stringit gens rusticæ ferrum,  
Occidit dominos rusticaturba suos.  
Vruntur multæ crepitantibus ignibus arces,

Arces

NEMO EVA N.

Arces comburit funditus ignis edax.

Huic medicina malo succurrit militis ardor,

Lancea cui clarum nomen habere dedit.

Nec desunt equites furiosis Marte premendis,

Agmina Germanus rustica sternit eques.

Culmina villarum pariter non pauca cremantur,

Innumeræ soluit flamma inimicæ casas.

Innumeræ agricultoræ mactantur fortibus armis,

Infinita cadunt millia ruricolum.

Cæsorum uxores miseracum prole uagantur,

Paruis cum pueris mater oberrat inops.

Mendicis quæ lœta stipem præbere solebat,

Porrecta donum iam petit illa manu.

Infanti quæ mendico pappam tribuebat,

Vnde suum pascat non habet illa cibum.

Religiosa dabat nudis quæ tegmina natis,

Nō habet infantem quo tegat ipsa suum.

Hospitio quæ desertos recreare solebat,

Hospitium modici temporis illa roget.

Tantorum authorem quem dicunt esse malorum?

Rustica quæ referunt bella citasse uirum?

En ego tantorum diuulgator factor & author,

Nemo Euangelicus rusticæ bella parat.

Hæc sat erit lector tibi me retulisse benignum,

Nunc redeo in sedes unde reuersus ego.

FINIS.

# IOANNES

ATROCIANVS INSIGNI ERVDI  
tione uiro, Hieronymo Frobenio. S.



Vam acerbe optimi quiq; tulerint mor  
tempatris tui Io. Frobenij uiri omnū  
mortalium humanissimi, nō solum ex  
doctorum hominum scriptis, sed etiā  
ex quotidianis tam eruditorum, quām idiotarum  
cōfabulationibus euidentissime percipere solemus.  
Nec mirus amaritudinis mihi, quā alijs attulit mors  
Frobeniana. Nam hominem non uulgariter amauī,  
nec hodie postquam mortalem exuit sarcinam, ama  
re desino. Qui uir ob singulares, quibus quodammo  
do resplēdebat, uirtutes, à nobis semper nō  
ἀνθρώπων uocitabatur : quod & hodierna die  
à me fieri solet. Quis mihi non permittet uti Vergi  
lianis hisce carminibus?

Ante leues ergo pascentur in æthere cerui,  
Et freta deſtituent nudos in littore pisces,  
Ante pererratis amborum finibus exul,  
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim,  
Quām nostro illius labatur pectore uultus.  
Hoc merentur eius beneficia, quæ contulit uir im  
mortalitate dignus in uniuersam Rempu. Christia  
nam, ut iam non sit angulus sub cœlo, beneficiorum

C Fro

EPÍSTOLA.

Quod Epicedion de obitu patris tui, sine dubio iam  
cum Christo Iesu domino nostro in coelesti patria  
conregnantis, tibi dicamus Hieronyme, literis. Et  
laudabiliorum integritate ornatissime, non ob alię  
uā quidē uere, ut omnis possit mūdus uidere, quām  
semper amauerim patrem tuum, uirum candidissi-  
mum, et quām acerbetulerim non minus quam alij  
boni uiri mortē eius, q̄ omnibus ut prodeſtuduit  
ita omnibus charus fuit. Non deerunt forsitan qui  
tarditatem nostram accusabunt, sed certe non est  
tarditas neq; negligētia, sed consilium et seduli-  
tas quedam. Nec fuit alia causa, quod Epicedij hu-  
ius aeditionem hacenus distulimus, quam quod sa-  
tis manifestum fieret, q̄ memoria patris tui  
apud nos nunquam non sit habitura lo-  
cum. Vale. Basileæ.

Anno, M. D. XXVIII.

Calendis Aprilis.

Quod epicediorum

## EPISTOLA

benij expers. Sit igitur farro sancta memoria Frobe  
niana, uiuat uiuat uiuat Frobenius, clament pueri  
iuuenesq; senesq;. Quis princeps unquam tam pro  
fuit orbi, quam Frobenius noster? Quis imperator  
tantum gloriæ adeptus? Parum, uel prorsus nihil  
gloriæ adeptus est Alexāder ille magnus rex Ma-  
cedonum, si contuleris ipsum cum Frobenio typogra-  
phorum principe. Quod Ioannes Fr̄ckenius cœ-  
lo dignissimus nobis, imo uniuerso orbi exhibuit e  
suare regali, hoc est, nunquam satis laudata officina  
Chiliades Frasmicas opus illud diuinum, quo sol nō=  
dumuidit pretiosius, nōne glorioſius est, quām quod  
Alexander Magnus totum armis subegit orientem  
Vide igitur uter sit titulo Magni dignior, Alexan-  
der rex, an Frobenius optimus Typographus, cer-  
te uterq; sua laude non est priuandus: sed Frobeni-  
us noster citra omnem, controversiam Magni nomi-  
ne multo est dignior. Qui, ut uniuerso prodebet or-  
bi, plus laboris sustinuit, plus sudauit, plus uigilauit  
plures impensas habuit selectissimos quoſq; libros  
imprimendo, quam forsitan Alexander in uincendo  
rege Persarum Dario, et subiugando oriente: Cur  
maiora et sublimiora Magni cognomen patri tuo  
parere non possent. Recte icti circa ipsum appellito  
Magnum in carmine, cuius titulus est, Επιμήδης  
de obitu patris tui. Carmen sic habet imo omnes  
terræ deflent te Magne Frobeni.

# D. CHONRADO

Calceolo Ioannitæ, amico suo singulari,

Ioannes Atrocianus. S.

**Q**uod præminentis eruditione, & non uulgari morum integritate uiros tam eximie deamas, quodq; eosdem, quotienscunq; datur occasio, tanta humanitate tractare soles, non possum non plurimum demirari. Nec id tibi nisi cū admodum paucis mortalium commune. Quod fortassis partim habes à natura, partim à me olim præceptore tuo. Siue natura hoc dederit, siue institutio, laude quidem dignum, & quod omnes imitentur dignissimum. De beneficijs uero tuis, quæ tu hæc tenus in me contulisti, atq; etiam in me cōferre nō desinis, quid loqui debeam nescio, cum sint incomparabiliter immensa. Quæ ut etiam apud alios habent testimonium, dedico tibi superbiam, carmen sequens, & quod omnis mundus uideat me tibi multū debere. Vale. Basileæ, Anno, M. D.

XXVIII. Cal. Aprilis.

# MOTHO

RIA, HOC EST, SUPERBIA

Ioanne Atrociano authore.



Volvens animo nostræ uirtutis hono=rem,

Non possum laudes ipsa tace re meas.

Omnibus in rebus regina Superbia regno,

Et præstat numen cuncta creatam meum.

Nec uinci possum, soleo quæ uincere semper,

Victricis nomen sola tenere uolo:

Ardua suspiciens sursum, aspiciensq; deorsum,

Contemplans terras, stelligerosq; polos,

Non video quicquam nobis sublimius esse.

Recte igitur laudes ipsa recanto meas.

Haud quicquam nobis in toto pulchrius orbe,

Exuperat formæ splendor ubiq; meæ,

Omnes ut stellas præcellit lampade Titan,

Sic forma supero quicquid ubiq; nitet.

Extollunt stulte Venerem qui carmina pangunt,

Stulte Pandoram quisq; Poeta canit.

Sola ego digna fui canerēt quā Phœbus et Orpheus

Et canerent numen tempus in omne meum.

Auri atque argenti sum quam super omnia diues,

Nil toto in mundo ditius esse potest.

C 3 Diuitiæ

## SUPERBIA

Divitias Croësi memorant monumenta, sed ipsa  
Supplanto gazas rex bone Croësetius.

Divitias maris Hadriaci Germania magni  
Aestimat, & Venetas omnis in ore tenet.

Sed uix pauperiem recte tu dixeris istas,  
Non sunt diuitiae quas uocitant Venetas.

Doctrina si certandum, me nil fuit unquam,  
Nec quicquam certe doctius esse potest.

Præter me nemo quicquam nouisse putetur,  
Doctrinis nomen sola tenere uolo.

Grammaticen præter me nemo nouit, & illam  
Quam pulchro uocitant nomine Rhetoricen.

A uero falso melius discernere nemo,  
Illa queat nemo promptius arte uiros.

Nemo canit melius, quamuis temnatur ab istis  
Musica, qui nostrum numen abunde colunt.

Quid non præstanter mensura metior ipsa est  
Mensurandi artem sola docere queo.

Sola beatorum sedes & sydera nosco,  
Astrorum motus sola tenere puter.

In numeris etiam (res est uerissima) regno,  
Artibus & septem fortiter imperito.

Tradere quis medicam poterit felicius artem?  
Sola ego sum doctrinæ, sola medendo ualens.

Vnquam cui talis, cui tanta peritia iuris?  
Cui tantum debet iuris honorq; decus.

Sola ego scripturas sacras exponere noui,

Sold

## SUPERBIA

Sola Euangelium sedula discutio.  
Dic mihi, cui talis, cui tantus spiritus unquam  
Dic mihi, cui sancto gratia tanta fuit?  
Carmen nemo etiam melius scripsisse putetur,  
Vincunt Andinā carmina nostrachelym.  
Hebreus nobis sermo & Gr̄ecusq; Latinus.  
Cognitus, & quicquid lingua sonare solet.  
Quod me non lapides tandem reverenter adorant  
Quod reticēt laudes Hernica saxa meas.  
Pallade sum sapiens mage, Pallados opprimo nomē  
Collata insipiēs ista Minerua manet.  
Me præter nemo sapientis noīe dignus,  
Atque excellenter sol a ego sum sapiens.  
Me quoque nil certe in terra est eloquentius omni.  
Argolici cedant, italiciq; uiri.  
Quod me non lapides tandem reverenter adorant.  
Quod reticent laudes Hernica saxa meas.  
Quid me nobilius (quid me sublimius extat?  
Numine quid nostro fortius esse potest?  
Omnibus in terris Regina Superbia regno  
Sub nostro imperio militat omnis homo  
Ipsa mihi subieci sem cœlestia quondam.  
Vicissim manibus regna beata meis.  
Ni me conantem cœlo turbasset ab alto,  
Qui magno regnat maximus orbe deus.  
Et tamen in uito cœli rectore tumultum  
Illic commoui, dissidiumq; graue.

## SUPERBIA

Imò illic sollers tristissima bella parati,

Gessimus & bellum sedibus æthereis.

In quo uicta licet primæuo tempore dicar,

Attamen inde mihi gloria parta manet.

Spirituum cecidit mecum numero sine turba,

Quæ se submittit tempus in omne mihi.

Vtimur his semper mundo imperitando ministris,

Hæc chara est nobis turbam ministra quidem

Et si tarda mecum gestaret pectora numen,

Excubias ageret turbam ministra tamen.

Quantū ego sum numen, quanto circūdor honore

Quantum ego stelligero nomen adepta polo,

Testantur sanctæ diuina uolumina legis,

Biblia testantur gloria quantamea.

Aetherca primum peperi mihi sede triumphum,

Horrent, hinc nostras cœlica regna manus,

Quanta ego sum, certe nostra est immensa ptas,

Immensa est regni gloria honorq; mei.

Quod me non lapides tandem reuerenter adorant,

Quod reticent laudes Hernica saxa meas.

Quis mihi sollicitus toto non seruit in orbe?

Quis non deseruit nocte dieq; mihi?

Me præter nemo crudelia suscitat arma,

Nemo me præter Martia bella parat.

Pellæus iuuenis nostro est impulsus honore,

Stringeret ut ferrum Solis in imperium.

Commisi quondam saeuo cum Cæsare magni.

Fœdū

## SUPERBIA

Fœdavi Aemathiam sanguine Romulidum,  
Nostramanus deuastauit Carthaginis arces,  
Et perijt manibus regia clara incis.  
Induperatricem me totus mundus adorat,  
Me dominam agnoscit mundus ubiq; suā.  
Rura colunt nostrū tam formidabile numen,  
Et seruit nobis rustica quæq; domus.  
Agricolæ per me dominorum ed: Et a suorum  
Temnunt, contemnit rustica turba suos.  
Ruricolas facio uestitus spernere uiles,  
Per me contemnunt uilia ruricola.  
Agmina seruorum in dominos commouimus ensem  
Instinctu nostro strinxit arator iners.  
Germanas acies nuper concurrere feci,  
Feci Germanos conseruisse manus.  
Atq; iterum faciam stricto concurrere ferro  
Germanos, faciam bella redire noua.  
Haud mihi sat factum, non sum contentā cruore,  
Quem fudit passim Martius usq; furor.  
Inueniam studioſa modum, quo bella paremus  
Sunt iterum certe bella paranda mihi.  
Ingenium nec decrescit, nec nostra potestas,  
En eadem cuncto tempore permaneo.  
Quod me non lapides, tandem reuerēter adorant.  
Quod reticent laudes Hernica saxa meas.

FINIS.

C S

# VLRICH HUTTE

## NI NEMO.

**Q**uisquis ades, si forte nouos mirabere lusus.  
Ne rigida faciles accipe fronte iocos.  
Sed qualæta probis ageres conuiuia mësis,  
Quoq; decet uultures uariare graues.  
Inter se mutata placent. Non omnibus idem.  
Est locus. haud poscunt omnia tempus idem.  
Et quandoq; leues ueniant ad seria risus,  
Quo iucunda graueis temperet hora dies.  
Este alij tristes semper, semperq; seueri.  
Qui sapis alternas omnibus adde uices.  
Scilicet hic modus est. Tu qui mea noſſe laboras  
Fata. Cleanthæum pone supercilium.  
**Q**ui loquitur Nemo est; loqtur Nihil, at tibi si qd  
Insonuit, dicas Neminiſ esse Nihil.  
Sum Nemo. uiuā, nec ne, cui dicere promptum est?  
Non etiam promptum est hoc mihi. uiuo tamē  
Nemo agitat uitam. tu quid te contrabis? an quod,  
Si uiuit Nemo, uiuere non potis es?  
Ille ego sum Nemo, de quo monumental loquuntur.  
Ipſe ſibi uitæ munera Nemo dedit.  
Nemo fuit ſemper. Nemo iſto tempore uixit,  
Quo male diſpoſitum dij ſecuere chaos.  
Ante ortum Nemo est aliquis, post funera Nemo,  
Nemo quid in uito fertue facitue deo.  
Omnia Nemo potest. Nemo ſapit omnia per ſe  
Nemo manet ſemper. Crimine Nemo caret.

NEMO.

Nemo fugit mortem. Nemo est à fine superstes.

Nemo exors certi nascitur interitus.

Nemo animos nouit superū, sensusq; latanteis.

Nemo quod est, quod erat, Nemo futuratenet  
Nemo salutiferas præter seruabitur undas.

Nemo fidem Christo non habet, et bonus est.  
Nemo sorte sua uiuit contentus, et intra

Fortunam didicit Nemo manere suam.

**T**Nemo sacerdotum luxus, uitamq; supinam,  
Nemo audet Latium carpere Pontificem.

Nemo in amore sapit. Nemo est in amore fidelis.

Nemo alij propior quam studet esse sibi.

Nemo uagas numerat stellas. ipso ordine nouit  
Nemo, quid in terra, quidq; feratur aqua.

Nemo potest dominis simul inservire duobus.

Nemo quod, et quoties expedit illud, habet.

Nemo bonus, Nemo est ex omni parte beatus.

Nemo simul potis est omnibus esse locis.

Nemo omnes posita Germanos lege coercet.

Nemo iugum Rheni gentibus imposuit.

Nemo per innocuos mores emergit. et aulæ  
Sontica prosequitur munera nemo pius,

**T**Nemo Quirinalem dominatu liberat urbē:

Nemo laboranti subuenit Italiam.

Nemo ferros bello Turcas adit, et bona curat

Publica priuato munere nemo magis.

Nemo certa sequi sibi conscius optimalegit,

VLRICHI HVTTE NI

Nemo audet subitis rebus habere fidem.  
Nemo errore uacat. Nemo sibi cauit ubiq;  
Nemo placet cunctis, inuidiaq; caret.  
Nemo quæ placeant stupido facit omnia uulgo.  
Nemo refert studijs præmia digna bonis.  
Nemo uoluptatem nullis languoribus explet.  
Nemo renascentem sedat auaritiam.  
Nemo est in terris Germano Cæsare maior.  
Nemo deum pariter diuitiasq; colu.  
Nemo uagam stabili fortunam temperat orbe,  
Nemo grauicasus sub ratione leues.  
Nemo quas congescit opes, secum auferet istuc,  
Mortuus unde semel Nemo redire potest  
Nemo maris guttas, numerumq; recenset arenæ.  
Nemo dat æstiuis nomina pulueribus..  
Vertere Nemo uices, infectum reddere factū,  
Nemo potest lapsos huc reuocare dies.  
Et quæ præterea numero foret ædere lōgum.  
Quid ualeat Nemo, Nemo referre pōt.  
Vnamēū censem leue turba domestica Numen.  
Seruorumq; cohors, & puerile genus.  
Horum est infamam tam prona calunnia nostrā,  
Ut nihil exoptent quam mihi obesse prius  
Nil moror hæc, ολιγος οχι ουτιδαρος η οκυκε  
Opprobrio infelix ulteriore petor.  
Atq; ubi peccarunt, neq; enim peccasse fatentur,  
Transponunt labes in mea tergas suas

Quicqd

NEMO.

Quicquid ab his culpæ, quisquis cōmittitur error.

Si quæras quis agat, omnia Nemo facit,  
Amissum est aliquid, nemo abstulit, excidit aurū,

Nemo habet. At nullas Nemo cupiscit opes  
Quid qđ fraude mihi grauidā obtrusere ministrā

Tot famuli, quanquā haud tacta sit illa mihi  
Quærendus puer o pater est, nemo obtigit. Attu

Si me audis, alium stulta require patrem  
Ecce infracta iacent hesterno uasa tumultu,

Olla, lebes, patinæ, uitreolusq; calix,  
Et uariæ signis Phialæ, Samiumque toreum d,

Et carum infausti cupula pignus heri.  
Oenophorumque capax, & aduncæ cātharus ansæ,

Sympiniumque ingēs, Herculeusque scyphus.  
Fracta iacet lampas, iacet unguentaria pixis,

Quæque grauis gelidas urna ministrat aquas.  
Sustulit hæc eadem fragileis infania testas.

At cocus ad soliaum læsit ahena focum.  
Læsit & eueros tripodas, tenuis que quadrantes.

Neglectusque suo follis in igne perit.  
Abiectumque alio pistillum, ab acique reuulsi

Nec relocata suis stannea uasalocis.  
Et querenda diu ruptis cochlearia thecis,

Fuscinaque, & cæcæ cura lucerna uiæ.  
Decidit excussa ferrata sagitta Pharetra.

Ante suos manant uina refusacados.  
Hinc cyathi, tinæque graues, & aquatilis obba

VLRICHI HVT NI

Illinc Hetrusco seria amata nunc e.

Tympanarupta iacēt, iacet amphora, nec tenet apte  
Puluerulenta suos bibliotheca libros.

Cum sparsos hinc inde colum, fusosq; uiderem  
Hæc etiam dixi culpa futura mea est.

Vos quoq; culter, acus, radij, subtegmina, forfex.  
Turpiter irata sparsa iacetis hera.

Ebria securis domini petulantia seruis

Nil curare domum, suadet, opesq; domus  
Quos petulans inter prostrato ancilla pudore,  
Non nihil in rerum perditione facit.

Ipsa penum' struit, & patinas inducit opimas,  
Quæq; sibi solleis multa reseruat herus.

Vina dehic promit, dehinc rarū qcqd ad usum est,  
Arte cibi uarium docta parare genus.

Eruitur simili tucetum nobilis furto,  
Crassaq; furtiuo suminato stafa foco.

Hic bibitur totas mensura æquante lagendas,  
Lætaturq; meo liberaturba malo.

Et uaria exequitur sub multam gaudia noctem  
Gaudia non uno perniciofa modo.

Multare fringuntur, titubanticū pede seruus  
Post epulas & post pocula, strata petit.

Preſſit in ollatum grauidum caput ille caminum,  
Nec cubitum lapsi pulsa fenestratulit.

Semireclusa canis subiit cellaria, & illic  
Quod superest audiō deuorat orci cibi;

## NEMO

Hec quoq; deposito uenit fortuna canistro,  
Et quæ præterea diruta multa iacent.

Ipse domum tandem rediens herus, anxius ambit  
Discere uastatæ singula damna domus.

Quo seriem querente mali, te gor indice primo  
Efficiorq; omnis criminis autor ego.

Criminis autor ego. Quid enim quis dicere posset  
Confestim breuius, quam mala Nemo facit?

Quis ego pro meritis etiā benefacta rependo,  
Illorum subiectis corpore quodquid onus.

Et si quid mandauit herus curæ atq; laboris,  
Nisi faciam infelix omnia, Nemo facit.

Nemo curat equos. nemo huc discursat & illuc.  
Pro domino nemo est anxius, atq; domo.

In me tutæ fides. audet committere lecto  
Nemini, uxorem qui cupit eſſe probam.

Non tamen est mirū, quenq; aī hos inuadere mores  
Non adeo exemplo, qui facit ista, caret.

Multa licent multis, postquam semel hostis Ulysses  
Supposuit sceleri nomina nostra suo.

At tu si dederis ueniam mihi candide lector,  
Quod fuerit nimium fabula longa. Vale.  
Eutige Ελεγκτε, Nemo dicebat.

Tibie fratre

Antebay

ne-

**ULB Halle**  
003 633 365

3





# Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------

